



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Fictio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

3 Feudales consuetudines ligant etiam Ecclesiasticos, & Ecclesiam.

4 Non solet succedere in feudo foemina, nec ascendentes, nec monasterium.

*Vide *Syl. Feudum nu. 10.* si feudum ad nullū seruitium datum sit, si sit foemineum, foemina succedit. *Syl. 16. n. 7.*

5 Vassallus vassalli tui non est tuus vassallus.

**Syl. l. c. num. 16.*

Monachus non succedit in feudum. *Tafon in l. De quibus. ff. de legibus. nu. 38.*

Fictio, vide Mendacium.

Fides, vide Discere, Docere.

1. **N**ecessè est esse explicitè credere fidei mysteria, quæ publicè in Ecclesia celebrantur, sentiunt multi cum D. Thom. alij excusari multos ignorantia ab explicita cognitione Trinitatis, & Incarnationis, præsertim cum deest qui doceat, quam opinionem, etsi adhuc solebam improbare, nunc non ausim. Quid enim? dicemusne perire infinitam Christianorum alioqui bonorum multitudinem, qui de mysterio etiam Trinitatis, & Incarnationis, vix quidquam rectè norunt, imò peruersè sentiunt, si interroges? Potius crediderim condemnari istorum Pastores, ob negligentiam docendi.

*Explicitè; *Tol. l. 4. c. 2. num. 10.* vt mysteria

L 5,

lar